

**ARGVMENTVM IN**  
**EXPPICATIONEM EPISTOLAE**  
**SEQUENTIS.**

**E**thnicorum, sapientum, & Ecclesiasticorum exemplis prouocat ad studium literarum. praeipue sacrarum: & in his quantum sit difficultatis, ostendit. Deinde ceu mundum quendam diuinæ scripturæ exponit oculis, ac veluti per transennam commōstrat, quo magis inflammet ad huius studium, singulos eius libros authores & argumenta elogijs quibusdam breuiter commendans.

**IN EPISTOLAM DIVI**  
**NIERONYMI, AD PAVLINVM PRESBY-**  
**terum, de omnibus diuinæ historiæ libri-**  
**explicatio.**



**R**ATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum fidem probatæ iam fidei, & veteris amicitia: noua præferabant. Nunc locum deprauatum, vel ex hoc liquet, quod exemplaria nulla inter se consentiunt. Forte sic legendum est: Quæ à principio probatæ iam fidei fidem, & veteris amicitia: noua præferabant argumenta. Adparet Paulinum in frontispicio epistolæ suæ, locutum fuisse de necessitudine sua, id est, familiaritate, amoris cōiunctione, & vadata amicitia, quam habebat cum Hieronymo. Eam quum vetus esset, nouis argumentis renouauit. Catalogus exemplorum quæ sequuntur eo pertinet, ne quis sibi statim vindicet scientiam sacrarum scripturarum, sed diu discat priusquam doceat.

**Sic Pythagoras memphiticus vates** De studio Pythagoræ, meminerunt Valerius Max. libro. viij. & Laertius Diogenes in illius vita. **Iuuenis** adhuc Aegyptum adiit, nam Aegypti ciuitas est Memphis, eiusque gentis literas ac sermonem pdidicit. **Tum** varum Memphiticorū .i. Aegyptiacorum arcanos commentarios scrutans, innumera bilium sæculorum obseruationem cognouit. **Nunc** ad Persas profectus, magorum disciplinas omnes didicit. **Deinde** in Cretam nauigauit, ibiq; cum Epimenide descendit in antrum Idæum. **Profectus** est & Lacedæmoniam, vt eorum politiam, & instituta cognosceret. **Posthęc** descēdit ad certamen Olympicum. **Deniq;** Italiam adiit. **Nam** à Samo patria iam tyrannide oppressa dis-

cesserat, Crotone docuit, & leges Italis dedit.

**Plato Aegyptum** ] Is cum post poeticam (nam hanc primum fuit amplexus) contulisset sese ad philosophiæ studium, audissetque post Socratis mortem Cratylum, & Hermogenem annos iam natos duodetriginta, Megaram pfectus est, ad Euclidem mathematicum: post Cyrenen Aphricæ ciuitatem adiit authore Plutarcho. **Nunc** in Italiam ad Pythagoricos, Philolaum, & Eurytum. **Dehinc** Aegyptum adiit, & sacerdotum arcana didicit. **Longius** autem amore philosophiæ peregrinaturus, sed bellis Afiæ coactus, Athenas rediit.

**Arbitam Laurentinum** ] Huius non meminit Laertius, sed Valerius Maximus, dicens

EXPLICATIO EPIST. AD PAVL.

dicens: Architas Pythagoricus erat, cuius epitaphium in Odis scripsit Horatius. Nunc audiuit Tarenti. Locris autem audiuit Timæum, Arionem & Chætum.

**Oram Italie** ] Id est, finem, quia maiori obiacet ea pars Italiae.

**Magna Grecia** ] Sic Valerius. In Italia etiam partem, quæ tunc maior Græcia dicebatur, perrexit. Et Plinius: Quotam partem ex ea adpellando Græciam magnam.

Adparet autem illic olim Italos Græce fuisse locutos, ob commertia Græce gentis, quandoquidem & Hercules huc peruenisse legitur.

**Et qui Athenis magister erat** ] Videtur imitatus Valerium, sic enim ille: Quoq; tempore à studiosis iuuenibus, certatim Athenæ Platonem doctorem quærentibus, petebantur. Ipse Nilii fluminis inexplicabiles ripas, vastissimosq; campos, effusam barbariem, & flexuosos fossarum ambitus, Aegyptiorum senum discipulos lustrabat.

**Academie gymnasia** ] Villa Platonis qua docebat semotus ab vrbe, dicebat Academia, hodie pro palæstra literaria, quam barbari vniuersitatem, siue Bursam vocitât, sumitur. Gymnasia enim dicuntur loca, in quibus exercebantur palæstricæ, aut similes: postea philosophor; quoq; conuentus gymnasia dicta: nam γυμνάσιον græcis exercere est, quemadmodum in palæstra exercentur tyrones ad luctam aliptæq; vnguntur. Porro Academia villa erat prope Athenas loco nemoroso, & subpalustri, ac ideo insalubri, possessa olim ab Academo heroe, vt ait Laertius. Nam hoc prætermittendum nõ est, gymnasia fuere hæc fere, Academia, Lycæum, Prytaneû, Canopum, Stoa, Tempe, Cynofarges. Hactenus Ioannes, Lodouicus Viues.

**Captus a piratis** ] Piratæ, latrones, p̄dones, spoliatores maris sũt, qđ maris naues infestent. Narrant autem quidam Platonẽ primum Siciliam adhisse, vt Aetnæ ardentis videret miraculum, ibi euocatus à Dionysio ad colloquium, cum liberius quiddam dixisset, offensus grauitè tyrannus, occidere parabat, verum exoratus à Dione tradidit Pollidi legato Lacedæmoniorũ, vt eum venderet. Is Aeginam adductum vendidit. At Aeginitæ legem tulerãt vt capitale esset, si quis Atheniensis Aeginam veniret. Itaq; capitis accersitus est. Absolutus est autem, cum patronus diceret, legem dicere, si quis

homo: at hunc esse philosophum. Sed amicorum redemptus pecunia, liber Athenas remissus est. Hac de re loqui diuum Hieronymum satis adparet cũ addat, maiori mente se fuit, quæ verba, ferme in omnibus, quos ego & vidi & legi libros, mendosè leguntur: ita, maior emente se fuit, corrigantur.

**Ad Titum Liuium** ] Plinius in epistola ad nepotem: Nunquam ne legisti, inquit, Gaditanum quendam Titi Liuii nomine, gloriaq; commotum, ad visendum eum ab vltimo terrarum orbe venisse, statimque vt viderat, abiisse? Hic Titus Liuius Patavinus, res Rhomanas miro artificio, luculentiq; sermone perscripsit. De hoc diuus Hieronymus in hac Epistola, sic inquit. Ad Titũ Liuium lacteo eloquentiæ fonte manãtem de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus. Et quos ad contemplationem sui Rhoma non traxerat, vnus hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sæculis celebrandumq; miraculum, vt tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærerent. Fuit & alius Liuius poeta comicus cognominatus Andronicus. De quo Diomedes. Constat, inquit, apud Rhomanos, primum latino sermone comœdiam Liuiũ Andronicum scripsisse. Gellius libr. xvi. Primus omnium T. Liuius poeta fabulas docere Rhomæ cepit post Sophoclis, & Euripidis mortem annis plus ferè C. & LX. Titus quippe prænotamen Rhomanorum est, à Tio, honoro. Liuius à liuore forte deductum. Gades autem in Hispania sunt. Item Gades duæ insulæ sunt, & vtramq; tam singulari numero Gaddam, quàm in plurali Gaddes appellamus, &c. Nunc Gaditanus a, um, pen. prod. (fortè à Gadis, quæ est minor insula, habetq; oppidum ciuium Rhomanorum quod Iulia adpellatur) vt mare Gaditanum. Et Gaditanæ puellæ, dicuntur libidinosæ, procaces. Vide Martialem de puella Gaditana, distichõ est insubidum & procax, ideo non adscribam.

**Apollonius** ] Tiansum intelligit, qui vixit magni nominis sub Claudio & Nerone, vsq; ad tempora Neruæ. Huius peregrinationes, ac vitam omnem scripsit Philostratus sophista, nugacissimis deliramentis, & prodigiosis somnijs refertam. Vnde diuus Hieronymus dubitat, vtrum magum eum adpellare debeat, an philosophum.

**Perfas** ] Persæ orientalis regionis populi sunt, à Perse, seu a Perseo rege Persar; vel

EXPLICATIO EPIST. AD PAUL.

vel Macedonum. **Propertius:** Persarum staturit Babylona Semiramis urbem. **Norum** primus rex, ut **Iustinus** refert libr. primo, fuit **Cyrus**.

**Caucasum** ] **Caucasus** Indiæ mons est æditissimus ad Septentrionem versus **Scythas**, **Indiam** à **Scythia** dirimens, asper & inhospitalis. **Virgilius:** Sed duris genuit te cauitibus horrens **Caucasus**. **Nic** fertur syderibus proximus, vnde astra maiora visuntur, & eorum ortus occasusq; diligenter perspicuntur. **Nunc** caucaseus. **Virgilius:** **Caucaseasq;** refert volucres.

**Albanos** ] **Albania** regio est in Oriente à colore populi vocata, eo quod albo crine nascatur. **Hæc** sub oriente sub mare **Caspium** surgens per oram **Oceani** septentrionalis vsq; ad **mæotidas** paludes per deserta ostenditur, quorum canes maxime ferocitatis prædicantur. **Albæ** sunt multæ. **Est** enim **Alba** in **Hispania**, quæ & **virgo** dicitur. **Plinius** lib. iij. **Est** in **Gallia** **Narbonensi** **Heluorum** oppidum. **Est** in **Italia** ad **Lacum Fucinum**, vnde **Albenses**. **Est** in **Gallia** citeriore quæ cognominatur **Pompeia**. **Est** in **Latio** in dorso montis **Albani**, quæ **Alba longa**.

**Roma** vero, non illa modo quam **Romulus** condidit, colonia est huius **Albæ**, quam deduxerunt **Romulus** & **Remus**, sed etiam veterem illam quæ ante hanc fuit: sunt qui arbitrantur à **Romulo** **Aenææ** filio conditam. **Deinde** cum ob cœlum pestilens, tum & incursiones hostium defereretur, ab **Albanis** miserantibus esse restitutâ missis eo de suis ciuibus, qui lapsa repararent, & frequenter facerent urbem solitariam, **Liuius** lib. i. bello **Veienti**, cum **Mætius Albanus** cum exercitu medium se gessisset, nec **Tullo Romano** regi pugnanti ex cœdere adfuisset, **Tullus** **mætium** quadrigis discerpi, **Albam** vero dirui iussit, **Albanosq;** **Romam** migrare. **Nactenus Viues**, in libro diui **Augustini** de ciuitate dei, cap. xij. **A** quacunq; **Albanos** deduxeris, haud male opinor, deduxeris.

**Scythas** ] **Scythia** regio Septentrionalis est, à **Scytha** **Herculis** filio, ut **Herodotus** inquit, ita dicta. **Et** est duplex **Scythia**, altera **Europæa**, altera **Asiatica**. **In** **Scythia** **Europæa**, solum est aurum producens, ut **Pomponius** refert, inhabitabile tamen propter **Griphes** aurum custodientes. **Scythia** vero **Asiæ** à **Iustino** libro. ij. describitur. **Inde** dicti sunt **Scythæ** populi, qui bipartiti sunt: alteri **Europæi**, alteri **Asiatici**. **Nunc** **scythicus**,

& **scythice** aduerbium. **Porro** **scytharum** feritas in proverbium cessit, ut quicquid agreste, quicquid barbarum, ac sæuum intelligi vellent, id **scythicum** adpellarent, ut **scythica** oratio. **Scytha** accissans a finum, **Scytharum** solitudo. **Vide** **Chiliades** adagiorum. **Hinc** composita manant **σκυθογότης** dicitur **scythice** sagittans. **Scythopolis**, **scytharum** ciuitas hodie, olim **Bethsan** dicta, quam **Manasses** hæreditauit **Augustino** teste in libro **Iudicum**. **Scythorauri**, populi **Scythiæ**, qui (ut **Solinus** scribit) pro hostijs aduenas cedere consueuerunt. **Scythici** mores, sunt efferi. **Apuleius:** **Pleriq;** eorum **Scythicis** moribus viuebant.

**Massagetæ** ] **Massagetæ** vel **massages**, penul. corr. nobiles sunt populi **Scythiæ** **Asiaticæ** ultra mare **Caspium**, hi cum per deserta discurrunt, sanguinem equorum suorum potant, de quibus **Lucanus** in. iij. **Longaq;** **Sarmatici** soluens ieiunia belli. **Massagetes** quo fugit equo, volucresq; **Geloni**, & **Claudianus** in **Ruffinum**: **Et** qui cornipedes in pocula vulnerat atrox **Massagetes**.

**Phison amne transmissio** ] **Phison** diuus **Hieronymus** eundem putat, quem **athores** **Gangen** adpellant, qui & ipse in **India** est, quanquam ponant **authores** **Brachmanas** in **Oceano Indico**, ut intelligas insulam esse. **Phison** interpretatur oris mutatio, siue multitudo aut extensio.

**Peruenit ad Brachmanas** ] **Brachmanes** siue **Brachmanæ** pen. prod. populi sunt **Indiæ**, de quibus incredibilia produnt **authores**. **Sunt** vitæ temperatissimi, nullum illic animal quadrupes, nulla agricultura, nullum ferrum, non domus, non ignis, non aurum, non argentum, non panis, non vinum, sed aeris salubritate, paucissimis arborum fructibus, & lymphidissimæ aquæ potu, quàm diutissime viuunt, pietatis & iustitiæ obseruantissimi. **Aliaq;** quàm plurima mira narratu, quæ persequi non est huius instituti. **Ad** hos & **Alexandrum** visendi causa legimus peruenisse.

**Ut Hiarcham in throno sedentem** ] **Philostratus** in vita **Apollonii**, libro. iij. scribit apud **Brachmanas** sapietes esse, quorum princeps ( ipsorum opinor lingua ) **Iarchas** vocetur. **Nos** visit **Apollonius**, à quibus ita est acceptus. **Iarchas** in greco sedebat throno, aureis exornato statuis, is **Apollonium** nominatim salutabat. **Infrà** **Iarcham** in sellis humilioribus sedebant ceteri.

Deinde

EXPLICATIO EPIST. AD PAVLINVM.

Deinde post dissertationem philosophicam, Hiarchas ostendebat Apollonio statuatam, Tantalii subscriptione notatam, longam cubitos quattuor, similem manu phialam porrigenti. In hanc humor perennis ita distillat, ut nunquam tamen exundet. Ex ea phiala bibunt Indici philosophi priusquam eant cubitum, deinde thoris herbaceis incumbentes dormiunt, ex eadem propinant, si quem in amicitiam recipiunt. Nunc Tantalium poculum libasse (secundum Polydorum) dicimus, amicitiae foederatos, atque vadatos.

**De Tantalii fonte potantem.]** Fontem vocat phialam, quod in ea velut e fonte subscatens spiritus exuberet humor aquae. Tantalii vocat, quod statua quae phialam tenet, Tantalii titulum teneat. Nam hunc putant humanissimum fuisse, mansuetissimumque erga homines. Nunc manavit adagium: Tantalium poculum libemus, quum ad amicos amicitiae confirmandae causa scribimus, aliud quoque: Tantalus aevi laborare, de bonis, quibus tamen uti non liceat, dicitur: de Tantalii poena vide Horatium in sermonibus. Tantalus a labris sitiens fugientia captat pocula, quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur, congestis undique sacris, Indormis, inhians, & tanquam parcere sacris Cogaris, aut pietatis tanquam gaudere tabellis. Magnas inter opes inops.

**Inter paucos discipulos.]** Nam Apollonius refert duodeviginti fuisse.

**Inde per Elamitas, Babylonios.]** Notiores sunt hi populi, quam ut hic fufius explicentur, recensenturque.

**Ut Gymnosophistas.]** Gymnosophistas, philosophi sunt ultra Indoscythas, ita vocati, quod nudi in syluis agant, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. De his quoque mira dictu prodiderunt auctores, quae nihil ad hunc pertinent locum. Sed hoc dicam ex Loduico Viue, viro Hispano, nostra aetate & memoria doctissimo, qui in Commentariis super librum Augustini de ciuitate dei. xiiij. capite. xvij. sic inquit: Qui conuenit gymnosophistas in India poni, quum Philostratus in peregrinationibus Apollonii in Aethiopia statuat ad Nilum amnem, ex cuius sententia diuus Hieronymus Paulino scribens, ait: reuersus Alexandriam perrexit Aethiopia, ut gymnosophistas & famosissimam solis mensam videret in sabulo. Sed

Plinius, Solinus, Strabo, Apuleius, Porphyrius & alij gymnosophistas in India locant ad ripas Indi fluminis regione Indoscythica, nec male tamen Philostratus. Nam origo illorum philosophorum Indica est, ubi duo genera sapientum fuisse tradit lib. xvi. Strabo, alios qui in urbibus versabantur, dictique sunt ciuiles, Brachmanas vocant. Hi findonibus & pellibus corpus velabant, sicut idem testatur Strabo. Philostratus narrat illos denudasse se, ut cum Apollonio lauerent, & ex eis vnum epistolam sinu prolatam matri dedisse adolescentis, cuius filius daemonicis intemperijs exagitabatur.

Erant alij in eadem terra philosophi in syluis degentes, nudi folijs interdum & arborum corticibus intecti, quos Hermanos & gymnosophistas nominant, e quibus illi gymnosophista Aethiopici manarunt. Nam accolae Indi fluminis maxima & validissima manu in Aethiopia narratur migrasse, ibique iuxta Nilum sedes habuisse, eamque regionem etiam Indiam vocatam, & sapientes philosophatos nudos, utrobique dictos Hermanos, & a Graecis γυμνοσοφιστῆς, illudque de subligaculis promiscuum esse in India Aethiopiaque sapientum, & fere vulgi. Diodorus libro quarto, de moribus Aethiopum loquens, alios perhibet nudos prorsum incedere, alios vulpinis caudis pudenda tegere, alios subligaculis ex capillis contextis. Et Strabo ex Nicolao Damasceno octo seruos Indos a legatis illius gentis dono datos Caesari Augusto scribit, nudos toto corpore praeter virilia, quae subligaculis velabant, haec nus ille.

**Famosissimam solis mensam.]** Locus est in Aethiopia, nempe pratum quoddam, semper multa carniarum copia refertum, quas illuc noctu magistratus ponunt, ut exorto sole liceat unicuique qui velit accedere, vescique, unde vulgus putat eam ciborum vim, diuinitus innasce campo. Proinde locum ἡλιοτράπεζαν, heliotrapezan, id est, solis mensam, vocant. Ad hanc visendam Cambyses rex legatos suos misit, auctores sunt Herodotus in. iij. Solinus & Pomponius Melas. Hanc rem nobis luculenter & graphice tradunt Philippus Beroaldus, & Henricus Bebelius suo aetate latinae linguae vindices.

**In Sabulo.]** Sabulum arena est grossior. Nunc Sabulosus, est arenosus, ut terra sabulosa. Et sabuletum quoque dicitur locus, in quo sabulum abundat.

Item

EXPLICATIO EPIST. AD PAVLINVM.

Item fablo: onis idem quod fabulum, si Am-  
brofio in libro hexameron creditur, qui in-  
quit: Infirmiffimo ita omnium vilis fablo-  
nis puluere vis maris intempeftas cohibe-  
tur, &c.

**Post Damafcum, Arabiamq; ]** Sic  
enim ipfe narrat in epiftola ad Galatas. Ga-  
lat. i. & ij. cap. Sed abij in Arabiam, & ire-  
rum reuerfus fum Damafcum. Deinde post  
annos tres veni Hierofolymam videre Pe-  
trum, & manfi apud eū diebus quindecim.  
**Et paulo post: Deinde post annos quattuor**  
decim iterum afcendi Hierofolymam cum  
Barnaba, affumpto & Tito. Afcendi autem  
fecundum reuelationem, & cōtuli cum illis  
euangelium, quod prædico in gentibus, se-  
orfum autem ijs qui videbātur aliquid efle,  
ne forte inuacuum currerem aut cucurif-  
sem.

**Docenim mysterio ]** Quindecim, fe-  
prenarium & octonarium (qui numerus he-  
bdomadis, ogdoadisq; nomie exprimitur)  
complectuntur. Septenarius ad Iudæos, &  
legem Mofaicam pertinet. Octonarius ad  
Euangelium. Sabbathum enim Iudæorum fe-  
prem diebus finiebatur, huic fuffeffit euan-  
gelij gloria, & refurrectionis quies, quam o-  
ctonarius numerus fignificat. Vnde tres  
pfalmi funt eodem infcripti titulo, nempe  
pro torcularibus, qui omnes ogdoados my-  
fterium habent, octauus, octogefimus, &  
octogefimus tertius. Siquidem Euangelij  
gloria corufcante gentium torcularia, nouo  
mufto exuberabant, dilatato in octauum di-  
em, Mofaicæ legis fabbato. Huiusmodi fer-  
me Hilarius Pictauienfis in Pfalmos. Ideoq;  
addit Hieronymus, futurus gentium prædi-  
cator.

**Latentis energias ]** ἐνεργεια, cum per  
e fcribitur, vim fignificat & efficaciam, a ctū,  
virtutem & operationem, ab ἐνεργέω, quod  
eft ago, fiue efficio in aliquo quippiam: cum  
per α, vt ἐναργεια euidenciam, & ἐναργής eui-  
dens & manifeflus dicitur.

**Viva vox ]** Sic vocant, non vocē fcri-  
ptam, quæ quali mortua eft, fed ab ore do-  
centis *prolatam*. Cice. in Tufcula. quæft.  
Licet enim fatis exemplorum, ad imitandū  
ex lectione fuppeditet, tamen viua illa (vt di-  
citur) vox alit plenius, præcipueq; præcepto-  
ris. Et Plinius in Epiftola quadam fic infit.  
Præterea magis vt vulgo dicitur, viua vox  
afficit. Nam licet acriora funt quæ legas, alti-  
us tamen in animo fedent, quæ pronuncia-  
tio, vultus, habitus, geflus etiam dicētis ad-

figit. Idem Tullius ad Atticum libro. ij. Vbi  
funi nunc, qui aiunt σώσης φωνής. Quanto  
magis vidi ex tuis literis, quàm ex illius fer-  
mone, quod ageretur? Porro quod Cicero  
protulit abruptum ac mutilum, hoc quidam  
fupplerunt de fuo, ad hunc modum σώσης  
φωνής μελίζω ἐνεργειαυ εἶναι. Diuerfum eft  
huic adagioni illud: Muti magiftri, qui li-  
bri funt, ait Aulus Gellius libro. xliij. cap. ij.  
Quoniam vocis (vt dicitur) viuæ nimia pe-  
nuria erat, ex mutis (quod aiunt) magiftris  
cognofcerem.

**Quid fi ipsam beluam audiffetis ]** Id  
Plinius in epiftola ad nepotem narrat hifce  
verbis: Nifi vero falsum putamus illud Ae-  
fchinis, qui cum legiffet Rhodijs oratiōem  
Demofthenis, admirantibus cunctis adie-  
ciffe fertur, τί δὲ εἰ αὐτοῦ δεξιῶν ἠκούετε, id  
eft, Quid autem, fi ipsam audiffetis beluam?  
Et illud, in fcriptis Demofthenis magnam  
Demofthenis partem abeffe.

**Aeschines ]** Pen. prod. Athenien. phi-  
lofophus Socratis auditor, & octo fuerunt  
hoc nomine, fecundum Laertium Dioge-  
nem. Nic orator extitit Græcus. Demofthes-  
nis æmulus. Alius ftatuarius fuit infignis,  
& cætera.

**Et sine authore ]** Alij codices habēt,  
fine doctore, & forte melius.

**Et Plaste cessent manus ]** πλάττω,  
Græce fingo, formo, & πλάσκει, figulus, fi-  
ctor, qui fingit è materia, veluti argilla, ce-  
ra, gypfo, glareæ, aut fimilibus. Ars dicitur  
πλαστική id eft, figlina. feu fictoria. Hinc  
πλασμα, figmentum, & πλάσις formatio,  
πλαστικός figulus, πλάσις fictus, à quo pro-  
toplastus, primus parens, è luto formatus  
Adam.

**Virtute totum est ]** Semigræce locu-  
tus eft, illi fiquidem δυνάμει dicunt, id eft, po-  
tentia, virtus, quod actu nō fit, fed quod efle  
poffit, vt femen exiguum, δυνάμει, magna  
eft arbor. Nam δυνάμεις, potentia & vir-  
tus eft græcis, & δύνανται, poffum.

**Ad pedes Gamalielis ]** De hoc le-  
gis Actorum quinto. Surgens autem qui-  
dam in concilio pharifæus, nomine Gama-  
liel, legis docteur, honorabilis vniuerfæ ple-  
bi, iuffit foras ad breue homines fieri, dixit-  
q; ad illos: Viri Ifraelitæ: Attendite vobis fu-  
per hominibus iftis, quid acturi fitis. Ante  
hos enim dies extitit Theudas dicens fe efle  
aliquem: cui confenfuit numerus virorū cir-  
citer quadringentorū, qui occifus eft, & oēs  
quicunq; credebant, diflipati funt, &c.

Huius

EXPLICATIO EPISTOLAE AD PAVL.

Huius discipulus fuit Paulus, vt ipse testatur Actorum. cap. xxij. Ego sum vir Iudæus, natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis.

**Arma militie nostre ]** Ad Corinth. ij. cap. x. Quamquam æditio vulgata nō nihil discrepet à verbis Hieronymi.

**Malachias propheta ]** Ita legit Malachia. ij. Labia enim sacerdotis custodiūt scientiam, & legem requirent ex ore eius, q̄a angelus domini exercitum est.

**Intantum sacerdotis officium ]** Sacerdotem episcopū dicit. Nam olim soli episcopi sacerdotes vocabantur, & ijdem presbyteri, id est, seniores. Deinde, cū plures esse cœpissent, princeps omnium, sacerdos, & episcopus, & antistes (nunc summus pontifex, & papa) vocabat, cæteri presbyteri. Ex his palam liquet, propriū episcopi munus esse, docere populū, non logomachias, sed Christum & arcanas scripturas. Atq; is qui summi pontificis sibi nomen vendicat, deberet in eo q̄d summum est munus, esse summus.

**Interroga patrem tuum ]** Patrem intelligit episcopum, qui patres esse deberent, non domini. Patres omnia sua transfundūt in filios. Domini ad suum commodum seruis vtuntur & abutūtur. Domini etiam sunt tyranni, & qui non legibus, sed libidine dominantur. Seniores, autem vocat presbyteros. Græce em̄ πρεσβύτερος, senior dicitur.

**Que est in paradiso ]** παράδεισος, Hortus apud Xenophontem, & locus septus ferarum viuarum. Ioannes Craſtonus solum in masculino genere ponit, ita etiā Gellius, & est pomarium, id est, hortus consitus. Est quoq; nomen oppidi. Strabo & Plinius auctores. Est etiamnum locus in oriente situs, longo tractu maris distans à cōtinente. Hic locus à primi hominis reatu interclusus est, nec vlli animantium datur in eum aditus.

**Nunc Paridisiacus possessium: quod hoc testracho, haud omnino inelegante testabor. Qui tenero assuescit laudatis moribus æuo. Et facit ætherei iussa sacrata dei. Tempora defectæ, quā mors rapit vltima vitæ. In Paradisiacos mox volat ille lares.**

**Cum eum arbori vite ]** Tanquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum, quod fructum dabit in tempore suo.

Et adsimilabitur arbori iuxta riuos aquarū consitæ, quæ cum tempus aduenerit profert fructum suum. Diuus Hieronymus ex

Hebræo, quod transplantatum est, rectius tamē putant plantatum *σεφτευρωσιον* à septuaginta dictum, & hic poni passium eius verbi, quod in Ezechiele habetur vbi legitur, cap. xvij. plantabo super montem excelsum & eminentem.

**Meditabitur ]** Id est, exercebitur, hoc enim significat & latinè meditari, & Græce μελετᾶν.

**Armarium ]** Ab armis, est locus vbi cibaria, libri, & similia reconduntur. Plautus in Captiu. duobus. Cellas refregit omnes intus, reclusitq; armarium. Quin ex occluso atq; obſignato armario decutio argenti quantum libet. Idem in Epidico. Huius diminutium est armariolum.

**Θεοδιδαστοι Theodidacti ]** Legimus Ioannis sexto, hoc est, docti à deo, vel vt vulgata habet æditio. Docibiles dei, verius dociles, vt suo loco clarius offendet.

**Λόγος ]** Logos enim græce multa significat. Nam & verbum est, & ratio, & supplicatio, & causa vniuscuiusq; rei per quā sunt singula quæ subsistunt. Item sermo, oratio, studium, quæ vniuersa recte intelligimus in Christo.

**Ευνουχος Eunuchos ]** Ab ευνυ, id est, cubile, & ἔχω quasi custodio cubile, q̄a id hominum genus seruabatur custodiendis cubilibus regum. Et proprie Eunuchi sunt, q̄ se sponte castrauerunt, vnde sunt illi versus. Castratos natura facit, violenta spadones. Mangonum improbitas, eunuchos sola voluntas. Vlpianus tamen iurisconsultus spadonum nomē generale esse adfirmat, & eo omne genus euiratorum comprehendit. Ab Eunuchus fit Eunuchus verbum, quod significat castro, cuius passium est Eunuchor. Varro: Si quis patriam maiorem parentem extinguit, in eo est culpa, quod facit pro sua parte is, qui se eunuchat. Afranius itaq; eunuchatus in medium prodit. Est autem græca vox ευνουχος, vnde ευνουχισμός castrator dicitur, vulgo eyn geltzenlichter, ευνουχισμός castro. Quidam Spadones, castratos, eunuchos, & euiratos itā distinguunt, vt castrati sint, quibus testes naturaliter desunt. Spadones quibus violenter detracta est virilitas, hoc est execti Eunuchi qui se sponte castrauerunt. Euirati, modo eunuchati, hoc est, quibus amputata sunt virilia, modo lasciui, perditū, atq; effeminati. Varro. Euirauit omnes veneri vaga pueros. Plautus: Adolescēs euiratus, ac mollis. Locus erit huic vocabulo aptior. Matth. xix,

Taceo

EXPLICATIO EPISTOLAE AD PAVL.

**Taceo de grammaticis ]** Grammatici, literarum, elementorum, & grammatum professorum sunt, maxime Poetarum, oratorumque expositores, & interpretantur literarum vel literatores, à grammata litera, tanquam absolute, & perfecte docti. Differunt tamen Grammaticus, & grammaticus, sicut literatus & literator, grammaticus enim graece, latine literatus dicitur, qui est absolute doctus, sed grammaticus graece & literator latine dicitur mediocriter & imperfecte doctus. Nactenus Suetonius Tranquillus de grammaticis, & rhetoribus, & eodem teste grammatici proprie dicuntur poetarum interpretes, qui à Platone rhapsodi dicuntur.

**Hinc Grammatici vocantur scribae, Archigrammatici, principes scribarum, hi etiam ab epistolis dicuntur, vulgo, kantzler. Grammatophorus, literarum portitor, baiulus, tabellio, & tabellarius. Grammatophylacium, locus ubi publica scripta seruantur. Grammatocypion, quod capite submisso, & in genibus papyrum tenens scribit. Grammatica, ars literaria, quae in emendate loquendo, scribendoque consistit.**

**Rhetores siue Rhetorici ]** Oratores sunt, tamen non nihil differant, quod Orator sit, qui in iudicijs & concionibus, atque legatione causas agit, ut Demosthenes & alij, Rhetor vero, qui rhetoricen profitetur, à *ῥητορικῆς*, quod dictio, & locutio graecis est. Sed saepe confunditur haec differentia. Nunc rhetorici, & rhetorizare, id est, rhetorice loqui, & oratorie.

**Philosophi ]** Sapientiae amatores sunt. Unde philosophia pen. cor. latino more, sapientiae amor, haec animu format, vitam disponit, actiones dirigit, agenda & omittenda demonstrat. Ab philosopho manat philosophicus, & philosophice adu. Et philosophaster, i. imitator philosophorum. Philosophor verbum. Ci. lib. i. de nat. deo. Et quum mimes videbatur, tum maxime philosophabatur.

**Γεωμετρικῆς, Geometra ]** Dicitur mensurator terrae, non autem dicitur à metior metiris, &c. penultima enim non producit, ut ille dicit, sed corripitur. Unde legi debet carmen Iuuenalis Saty. iij. Grammaticus, rhetor, geometra, pictor, aliptes, non geometer. Geometra enim prima, & secunda syllaba non possunt breuiari, cum prima per αι diphthongum, vel η, aliquando tamen ε, scribatur, secunda cum ω mega, id est, ω magno, & longo, multa igitur inconuenientia sequerentur, legas igitur geometra pen. breui, non

longa. Nactenus Henricus Bebelius. Nunc Geometria, pen. corr. mensura & dimensio terrae, ab Aegyptijs inuenta, vide Christophorum Landinum, lib. i. Carminum Horatii. Ni ergo huius artis auctores fuerunt, quae deinde à Pythagora ad Graecos est translata, & adaucta ab iisdem, ex Mathematicis disciplinis quattuor, vna videlicet: astrologia, Musica, & arithmetica, quae in numeros ac formas diuisa est, quam oratori necessariam esse autumant eruditi.

**Dialectici ]** Id est, disputatorum, quos logicos vocant. Nam dialecton graeci adpellant loquendi proprietatem, idiotismu, linguarumque genera, sicuti Quintilianus docet lib. i. quae apud illos quinque sunt (licet alij plures ponant) videlicet: Ionica, Dorica, Aeolica, & Attica elegantissima, atque communis omnium lingua. Nunc dialectice, ars disputatoria, & dialecticus. Diuus Hieronymus ait contra Rufinum. Septem modos conclusionum, dialecticae elementa docuerunt, à *Διαλέγομαι* quod est comprobare, disputo.

**Musici ]** Nominantur, qui musicen, id est canendi modum, mensuramque callent, à *μουσική*, quae cantum latine significat. Et *μουσικός*, canorus, & musices peritus. Nunc *μουσουργός* cantor, cantrix, citharista, & verbum *μουσικῶς* cantu contendo.

**Astronomi & Astrologi ]** Adpellantur, qui astrorum scientiam profitentur, quorum alteri, i. astronomi, ab astronomia, hoc est, astrorum regula lege, normaque. Alteri, hoc est Astrologi, ab astrologia, id est, sermone & ratione deriuantur apud graecos. Aduersus hosce Astrologos, Ioannes Picus Mirandula, Concordiae Comes, disputationum duodecim libros ædidi.

**Addam ego Arithmeticos ]** Id est, numeratores & supputatores, qui numeris, & calculandi arte & supputandi ratione vtuntur. Nunc ars Arithmetica dicitur, ab *ἀριθμός*, i. numerus *ἀριθμῶ* numero *ἀριθμητός*, numerabilis. Nunc Arithmetica, est numeralis scientia. Nunc inter disciplinas Mathematicas, primas tenet, quoniam ipsa ut sit, nulla alia indiget. Sed Musica, Geometria, & Astronomia eius auxilio egent. Nunc à Phoenicibus, ob mercaturas inuenta est. Porro Pythagoras numerorum perscrutator habitus est maximus, eorumque indagatricem Arithmetica posteris reliquit commendatissimam.

**Et in tres partes scinditur ]** In doctrinam, rationem, & vsum. Hoc loco desunt graeca

græca, quæ ex veterum codicum vestigijs restituemus ad hunc modum, τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπερίαν, id est, decretum, rationem & experientiam.

**Homerocentonas** ] Latini vestem è pannis versicoloribus confurā vocant centonem. Græci κέντρωνα. Nam Latini detrahunt ꝑ̄ in ea dictione. Vnde carmen ex varijs versuum fragmentis, hinc atq; inde confutis, contextum, centonem appellamus.

Qualis est Aufonij Centō nuptialis, ex Virgilianorum carminum fragmentis concinnatus: extat & Probæ centon: extat & Homerocenton argumento cōsimili. Arbitror autem legendum non Homerocētonas, sed Homerocentronas, & Vergiliocentronas. Etenim cum compositio græca sit, oportet & græcam seruire dictionem. At ea habet ꝑ̄. Quanquam in Suida, & Etymologico græco, ὁ μικροκέντρωνας legimus, non ὁ μικροκέντρωνας sed haud scio an deprauate. Est autem huic generi peculiare, authorū verba, in sensum longe diuersum detorquere, velut illud Vergilij de inferis, nulli fas casto sceleratum insistere limen, Aufonius detorquet ad coitum, & pudenda mulebria. Qui volet huius carminis leges cognoscere, legat præfationem Aufonij in suum centonem, &c.

**Jam redit & virgo** ] Hæc quidam trahunt ad Mariam virginem Christiparam, & credidit diuus Augustinus sanctum spiritum per os inimicorum vera fuisse locutum, cū Vergilius de Erigone sentiat. Quanquam illic poeta Sibyllæ vaticinium recensuit. Carmen est in Buccolicis, si quis desideret Aegloga. iij.

**Mate mee vires &c.** ] Carmen est ex primo libro Aeneidos. Atq; his verbis Venus alloquitur Cupidinem filium. Que quidam stulte trahere conabantur ad patrem æternum, & illius filium Iesum.

**Talia perstabat memorans** ] Verba sunt Aeneæ apud Maronem. ij. Aeneidos libro, quæ quidam accommodant Christo pendenti in cruce.

**Circulatorum ludo similia** ] Circulatorem, Paulus iuriconsultus eum esse dicit, Digestis de extraordinarijs criminibus, qui serpentes circumfert ac proponit, quod si cui ob eorum metum damnum fuerit, pro modo admissi punitur, cuius fœmininum est circulator, quod significat eam, quæ luctri gratia ꝑ̄ urbem vagatur, & saltando vel alio ludicro genere aucupatur gratiam spectatorum. Circulatorem quæq; accipimus ꝑ̄

cyclico, & circumforanio, quem græci ἀγύς τῆν vocant, qui sua carmina coronæ recitat. Talis ab Horatio vocatur Cyclicus. Is etiā, qui in corona hominum aliquid agit, circulator adpellatur. Apuleius, præstigiatores stipatū mortalibus suas fallacias admirantibus nominat circulatorem. Sic enim inquit, lib. i. Circulatorem aspexit equestrem spatam præcutam mucrone infesto deuorasse, Hinc circulatim adverbium, hoc est, per circulum. Sueton. In summo publico luctu, externarū gentiū multitudo, circulatim suo quæq; more lamētata est. Et circulatorius adiecti. Vnde Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectantibus.

**Cum stomacho loquar** ] Cum stomacho loq; est irasci & excandescere. Hinc adagia, Mouere bilem, mouere stomachum, virtus quæ vfitatissimum, pro eo quod est ad iram ꝑ̄ uocare.

**Ne hoc quidem scire quod nescis** ] Quæ hoc loco coniunctio est, perinde est, quasi dicat, ne hoc quidem scire, te inscium esse.

Alludit ad Socratem, qui solitus est dicere, se vnum id scire, quod nihil sciret. Et hoc ego igenue fateor, me id scire, quod nihil scio.

**Et delictet manifestissima est Genesis** ] Hæc legenda sunt nō simpliciter, sed per ironiam, cum nulla pars scripturæ sacræ difficilior sit quàm Genesis, propter mysteriorū profunditatem, adeo vt olim Iudæi non admiserint ad huius libri lectionem, nisi prouertiores ætate. Nā oēs passim ἀνίπτοις χερσίν, καὶ ποσίν, quod aiunt, nudis manibus, pedibusq; irrumpunt in huiusmodi adyta, irreuerenter atq; imparate præsumunt, lacerant docent antequam discant.

**Datet Exodus** ] Et hoc κατὰ τὴν ἀντιφρασίαν, per contrarium dictum est, vt & illud quod sequitur, in promptu est, atq; in confesso.

**Deuteronomium** ] Exposuit Græcā vocem, δεύτερον græce secundum significat siue posteriorem, & νόμος legē, quasi secunda & posterior lex.

**Mucusq; Moses** ] Norum quinq; voluminum Mosen authorem æstimant. Notum est illud Numenij philosophi (ait Ioannes Picus Mirandula, in pœmio Heptapli) non aliud esse Platonem, quam Atticū Mosen. Sed & Hirmippus Pythagoricus testat Pythagorā ex Mosaica lege plurima in suā philosophiam transtulisse.

**Pentateuchus** ] Ἄ πέντε quinq; & τὸν χθ' volumen, quod quinq; complectitur volumina

B lumina



EXPLICATIO EPISTOLAE AD PAVL.

volamina, vel quod ea pars quinq; constet voluminibus.

**Quibus quinq; verbis]** Nic Hieronymus videtur nonnullam vim facere verbis Paulinis. Nam is in epistola prima ad Corinthios cap. xiiij. senit se malle pauca verba loqui in Ecclesia sic, vt audientes ædificentur, quam decem milia, quæ solus intelligat, & nulli profint ad ædificatiõem.

**Prosa incipit]** Initium & finis Iob, oratione soluta composita sunt, ipsum opus carmine constat, ligataq; & pedestri oratiõe Fastidita petit varium mea Musa palatum. Non vno est semper mensa paranda cibo.

**Propositione &c.]** Nisce partibus constat syllogismus rhetoricus, Propositione, qua exponunt id quod constituunt probare. Assumptione, quam quidam rationem vocant, qua probant id quod propositum est. Confirmatione, quæ pluribus argumentis confirmat rationem. Conclusionem, quæ iam veluti probatũ repetit, id quod propositum fuerat. Quidam Confirmationi subiungunt exornationem, quæ rationem & confirmationem exemplis locupletat. Ergo quod dialectici suo more colligunt aridius, hic rhetoricè differit.

**Typus domini]** Hoc est, forma, figura, adumbratio, exemplar: à q̄ typographus qui & chalcographus, chalcotypus vocat. Nunc Chalcographia & Typographia, horum officina.

**Super seruos dei]** Sic enim legimus Iohelis cap. ij. Sed & super seruos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meũ, &c. **Super centum xx. credentium nomina** Tantis enim erat numerus cõgregatus post ascensionem Christi, vt narrat Lucas Actu. Apostolicorum ca. i. Qui locus adhuc ostendebatur viuo Hieronymo in Hierusalem.

**Ab vno vsq; ad quindecim]** Hæc lectio mihi non nihil est suspecta. Forte scriptum erat, ab imo vsq; ad summum. Siquidem cœnaculum appellatur superior pars ædium, quæ procul à terra semota est. Quoniam igitur in cœnaculum gradibus ascenditur, admiscuit Hieronymus mysteriũ quindecim graduum, qui sunt in Psalmis: quibus significant incrementa piorum, ab imo ad summa paulatim proficientium.

**Mystice]** Id est, occulte, arcane, aduerbium est, à mysticus. Nunc mysterium, hoc est arcanum, occultũ. Et mysta vel mystes, sacris initiatus, quem Latini sacrificum, seu sacrificulum vocant, & nos sacerdotem.

**In cœnaculo Sion]** In Hierusalẽ datus est spiritus sanctus, & in monte Sion ædificata est Hierusalem, vt testatur in Commentarijs Esaiæ diuus Hieronymus. Maluit autẽ dicere cœnaculũ Sion, vt adluderet ad ascensum. Sion enim mons, & Latine sonat speculam. Deniq; in psalmis. xv. graduum, nominatim fit mentio Sion. Qui confidunt in domino sicut mons Sion, &c. vt intelligas cœnaculum hoc significasse fastigiũ illud, ad quod quindecim perfectionis gradibus ascenderetur.

**Ipsè cernit fictorem]** Sic enim legis Amos cap. vij. Et ecce fictor locustæ in principio germinantium imbris serotini. Tralatio. lxx. sic habet: Et ecce fœtus locustarum veniebat matutinus. Vide diuum Hieronymum in Commen. super hunc locum.

**Adamantinum]** Pen. cor. possessiũ est ab adamante. Propert. Colchis fragantes adamantina sub iuga tauros. Horatius primo carminum: Quis tunica rectum adamantina Digne scripserit? Sed adamantæus, pen. prod. & idem significat. Ouidius libro. vij. Metamorphoseos. Ecce adamantæis Vulcanum naribus efflant. Sic Crystallinus, Amygdalinus, Myrrhinus, Smaragdinus, Hyacinthinus, Verius, Ianthinus, Byssinus, Cilicinus &c. omnia penultimam habent breuem, nõ vulgo vt proferuntur. Et si Smaragdinus apud Prudentium poetam, etiam penultima longa inueniatur. De Crystallino Bilbilitanus vates, hoc est, Martialis ait: Et turbata breui quæstus crystallina vitro. Idem: Frangere dum metuis crystallina frangere peccas. Iuuenalis. Grandia tolluntur crystallina maxima rursus. De Amygdalino Serenus. Fertur Amygdalinæ succus nucis esse bibendus. Item de Myrrhino, Iuuenalis: Myrrhina deinde adamas notissimus & Beronices. Sed Clandestinus longe debet pronuciari, contra cõmunem grammaticorum opinionem & vsum. Vnde Silius Italicus: Ceu clandestino traheretur fœdere bellum. Marcus quoq; Manilius. Et clãdestinis surgẽtia fraudibus arma. Similiter & Mediastinus, sti lõga effertur. Et mediastini, teste Nonio Marcello, non trã balneatorũ, sed & ministri, & curatores ædiũ vocati sunt. Horatius in epistolis: Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Porro mediastinum interpretatur Priscianus, quasi in medio stans. Alij scribunt Mediaflynus, vt dicatur ab usu eog, quod vrbem & ciuitatem significat, iudicent doctiores.

Vncis

EXPLICATIO EPISTOLAE AD PAVL.

**Vncinum**] Vncinus pen. prod. dimi-  
nutium est ab vncus, quod fustem, ab imo  
latere incuruum, ac sese retorquentem signi-  
ficat, quo olim instrumento puniebatur da-  
mnati. Iuuenal. Impactus Seianus ducitur  
vncō. Hinc vncinatus, vncinis armatus. Et  
vncus adiectiuum, id est incuruus. Ouidius  
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,  
Omnibus vnca cibus æra subesse putat. A  
quo aduncus, vt nasus aduncus & redūcus.  
Quid. Naso suspendit adunco. Item adun-  
co, & inunco verba deriuantur.

**Micheas de Morasthi, coheres Chri-  
sti**] Morasthi viculus est, iuxta Eleuthero-  
polin urbem Palæstinæ, vbi natus fuit pro-  
pheta Micheas, vnde se Morasthiten vocat,  
vti scribit Hieronymus in præfatione Com-  
mentariorum, quos in hunc ædedit prophe-  
tam. Porro Morasthi sermone Hebraico so-  
nat hæredem. Vnde diuus Hieronymus si-  
mul adludit, & ad Hebraicam vocem, & qd̄  
scripsit Paulus ad Rhomanos cap. viij. Hæ-  
redes quidem dei, cohæredes autē Christi.

**Habacuk luctator**] Fortis & rigidus.  
Nam hæc omnia significat hebraicæ Haba-  
cuk.

**Sophonias speculator**] Nam Sopho-  
nias hebraice sonat, specula domini, vel co-  
gnitor arcanorum domini.

**Aggeus festiuus & lætus**] Et hic ad-  
ludit ad vocem hebraicam, quæ illis signifi-  
cat festiuum ac lætum.

**Zacharias memor domini**] Zacha-  
rias hebræa lingua memoria dñi est. Festis  
diuus Hieronymus in huius interpretatiōe,  
& enarratione potius.

**Malachias aperte**] Obscurius qui-  
dem, sed tamen hic quoq; videtur ad hebræ-  
am vocem adludere. Nam Malachias sonat  
angelus domini, vel annunciās dominum.  
Id enim est angeli palām annūciare Ch̄m.

**Et quadruplex**] Hoc ad Threnos, id  
est, Lamentationes pertinet. Verum, qm̄ id  
paucis explicari non potest, q̄ volet cogno-  
scere, legat præfationem diui Hieronymi in  
Threnos Hieremiæ.

**In partes**] Principium & finis, ἀρχὴ  
& ὦ. Prora & puppis, hoc est, tanquam à ca-  
pite & calce pendeat totum negocium. Vi-  
de Chiliades.

**Ab exordio**] Quoniam & hic multa  
fabulis simillima videantur, nisi in ingeniū  
incidant præparatum ac præcox.

**Et totius mundi philohistoricus**] Nō  
dubium est, quin hic locus sit deprauatus.

Sunt qui legendum putent, polyhistor. Id  
enim cognomis additum fuit Appioni græ-  
matico, qui singularum gentium historiam  
contexuit. Author Aul. Gel. li. v. Noctium  
Atticarum cap. xiiij. Aut certe polyhistoros  
ne longius recedamus à scriptura. Polyhi-  
stor, siue polyhistoros græce dicitur, q̄ mul-  
ta nouit ac memorat, vt ille Hippias multi-  
scius. Præmisit enim, temporum conscius.  
Mihī potissimum adridet, vt legamus philo-  
storos, id est, cognoscendi cupidus. Sic enim  
audiit à Gabriele paranympo, quia vir de-  
sideriorum es. Danielis cap. ix.

**Simonides noster**] Qm̄ David Ly-  
ricis versibus scripsit Psalmos, & ab alijs scri-  
ptos cecinit, recenset poetas Lyricos gentili-  
um, ad quorum distinctionem David Simo-  
nidem nostrum vocat. Quippe Simonides  
cognomento Melicus dictus est, vir è Cea  
insula. Nic longas & duplices literas inue-  
nit, hoc est, η & ω. Eustathius inquit, dupli-  
ces cuiusmodi sunt, ζ ε, id est, σ x. Præterea  
memoriæ artem, & lyræ tertium sonū com-  
perit. At Plinius octauam, ait, chordam ad-  
didit Simonides.

**Serenus**] Hic Gordiani Iunioris præ-  
ceptor fuit. Cuius mentionem fecit Macro-  
bius in Caracalla, & libro Saturnalium ter-  
tio. Ferunt & hodie extare nonnulla illius  
carmina. Reliqui Lyrici noti sunt.

**Pindarus**] Scopæ Lyndij filius, poe-  
ta Thebanus Lyricorū princeps, tantæ æsti-  
mationis, vt & Macedoniæ regibus charus.  
Et Alexander Thebis captis eduxerit Pin-  
dari domum: ne comburite, id em̄ Alexan-  
drum ferunt admonuisse. Inuentus est mor-  
uus, cum coepisset dormire in Gymnasio, in  
gremio pueri.

**Alceus**] Cognomento Mitylæneus,  
fratrem Antimenidem habuit, quem à vir-  
tute bellica laudat. Oppressa autem patria à  
Tyrānis, poemata Lyrica aduersus eos ædi-  
dit, quæ Stratiotica, id est, militaria inscribū-  
tur, propterea aureo plectro merito donat,  
elocutione magnificus, & diligens, ad lusus  
amore descendit, cū tamen maioribus apti-  
or. Noratius. Et te sonantem plenius aureo,  
Alcæe plectro.

**Horatius**] Poeta fuit Venusinus Ly-  
ricorum scriptor, de quo vide Iunianū Ma-  
ium, & Cornucopiæ. Hic cognomēto Flac-  
cus dictus est. Mortuus est anno ætatis suæ  
sexagesimo tertio, imperij Augusti. xxxij.  
in Esquilis sepultus.

**Satullus**] Poeta latinus, sed nō nihil  
B ij insu-

EXPLICATIO EPISTOLAE D. HIER. AD PAVL.

in subidus, obscenus, lasciuus & ipudicus. Mantua. Sunt quibus eloquii datur aurea uena poetarum. Sed cadit in sordes inficiturque luto. Hinc Catullianus. De quo Mart. epigrammatum libro. Da mihi basia Catulliana. Quae si tot fuerint, quae ille dixit. Donabo tibi passerem Catulli. Hoc carmen obscenior est quam quae cælat intellectum, quem salua uerecundia nequimus enunciare.

**Decachordo** ] Decachordum instrumentum est Musicum, decem chordas aut fides habet. Sed non facit argutum chorda soluta sonum.

**Ab inferis suscitatus** ] Adlusit ad id quod est in psal. lvi. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam de iulculo.

parifinus

**Solomon pacificus** ] Nam hoc Hebraeis sonat Solomon.

**Et amabilis domini** ] Id enim hebraeis iedidia significat, quod nomen Solomoni à Nathan impositum est, ut habetur in Reg. xij.

**Epithalamium** ] Est carmen nuptiale. Significat autem canticum mysticum.

**Paralipomenon** ] Graece sonat omissorum, siue praetermissorum ac relictorum, genus est graecus pluralis, ideo cum accentu scribendum acuto in penultima. παραλειπομένων.

**Ἐπιτομή** ] Epitome, vel Epitoma, exili scribitur, & corripit penultima. quia per omicron, .i. o paruum, & breue scribitur. Et latine interpretatur compendium siue abbreviatio, breuiarium. Et dicitur à tome quod est sectio, vel incisio. Tomon enim graeci adpellant particulas librorum abscisas. Hinc Epitomos, compendiosus, breuis, circumcisus.

**Adiutor uicis & consolator** ] Rursum exponit hebraea nomina. Nam Esdras, siue hebraice Ezras, adiutor seu atrium. Nehemias uero consolatio, seu reges domini interpretatur.

**In unum volumen** ] Apud hebraeos Esdras & Nehemias sermones in unum volumen coarctantur, ut testatur Hierony. in praefatione super Esra, ubi quae tertio & quarto referuntur, somnia uocat. Itaque duos primos libros unum faciunt hebraei, reliquos duos non recipiunt.

**Profelytorum** ] Profelytus, penultima cum y graeco, & postea t exili graeca uox est, ab προσελύτω quod est aduenio. Et aduena, peregrinus aduentitius nobis est. Sic enim in Actis apost. legitur. Iudaei quoque & profelyti, & c. Matth. xxij. Deo fauente exactius explicabitur.

**Scio quod nescio** ] Ambiguus uerbis explicuit Socratis sententiam. Quod hic cons-

iunctio, non nomen. Sensus est, hoc tantum scio, quod sum nescius.

**Cherubim** ] Cherubin neutrius generis, & plurali numeri, tantum pro choros angelorum. Cherub uero & Cherubim, pro masculinis, tam masculinis quam neutrius generis, ut ait Diuus Hierony, scientiarum multitudo interpretatur.

**Octava enim ad Hebr.** ] In alio loco dixit epistolam ad hebraeos non recipi à latinis, sicut nec Apocalypsim, à Graecis. Nunc utrumque complectitur ecclesiae candor.

**Philemonem** ] Philemon ad quem Paulus unicum, & per breue scribit epistolam, Colossensis fuit, interpretatur secundum Hieronymum in eadem epistolam, mire donatus, siue os panis, ab ore, non ab osse. Theodoretus in Graecorum scholiis, hunc Phrygem fuisse testatur, suo loco dicitur uita superstitere.

**Pro fugituo** ] Pro Onesimo, ονήσιμος .i. utilis graeca uox est. Ad quam Paulus adlusit, cum diceret: Qui tibi aliquando inutilis, nunc autem & mihi, & tibi utilis, hoc est, nunc, id est quod dicitur Onesimos.

**Apocalypsis** ] Latine reuelatio, ab ἀποκαλύπτω, quod est reuelo.

**Concionem** ] Concio tria significat, scilicet locum, coetum, & suggestum, unde uerba fiunt, quam alij ambonem uocant, siue cancellos. Et orationem ipsam quae ad populum habetur. Hic concionor, orationem habeo: & concionator, qui orationem habet, qui graecis Ecclesiastes. Hic pro sermone accipitur, seu coetu.

**Petulans & hebes** ] Petulans improbus dicitur, à petulantia, quod est improbitas, cum alios per contumeliam petimus, quandoque pro superbo sumitur. Interim pro lasciuo & petulco. Et generaliter est lasciuamentum, seu effrenatio immodica ad quod uis uicium propensa, à petendo dicta. Porro hebes, obtusus, piger, tardus, acumine carens. Hinc hebetudo, à uerbo hebetesco, hebetor, hebesco & hebesco. Per translationem, ingenium hebes dicimus rude & plumbeum.

**Obuiis manibus** ] Prouerbiū, idem quod obuus uulnis seu brachijs, id est, auidè, & sitièter. Graeci ἀμφοτέρωθεν χερσίν, hoc est, ambabus manibus dicunt.

**Hermagore timiditate** ] Nonnulli codices habent timiditate. Uterque sensus est tolerabilis. Hermagoras rhetor erat graecus, & subtilis, quem citat aliquoties Mar. Tul. in opere de Inuentione. Quintil. author.

**Eusebium** ] Eusebius, nomen uiri pii iuxta ac religiosi, sic enim interpretatur εὐσεβίος, siue

sive *Ευσέβιος*, & Eusebia pe. pro. i. pietas. religio. Num Caesariēsem putet, addubito, opinor tamen.

**Salum**] Mare dicitur, à sapore salis, vel à verbo græco *σαλεύω* quod mouere & fluctuare significat. Verg. Perq; vndas superante salo.

**Suaro tam deest**] Annæi Senecæ dictum est, quod vnum citat Gellius, tanquā bene dictum.

**Totus mundus**] Mundus hic significat supellectilem repositam, vnde & mundum muliebrem dicimus ornatum.

**Obolus**] Genus ponderis, quod sex siliquas continet. Terentius Obolo exoptos, dicit in Andria. Nunc Diobolaris, est vilis, quasi duob. obulis. Et Triobolaris, q̄si p. tribus obolis. Plaut. Homo trioboli ego sum.

**Pedetentim**] Græcis prouerbio dicitur *ἡ ποδὸς βάσις* vbi q̄s nō præcipitater, atq; inconsiderate, sed sensim atq; cunctanter adgreditur negotium, arteq; rem gerit magis quā impetu.

**Procastino**] Idem procastino, quod est de die in diem differre & trahere, comperendinare. Nunc procrastinator, est comperendinator, & cessator: quemadmodū Acellus nauta solebat sp. lunā causari in nauigatione & sic moraret nauigantes. Vide Chiliades.

**Totum**] Integrum dixit. Scilicet nisi tu] Scilicet hic Ironiam habet, & pronunciat cum quadam acerbitate. Nam tum negat quod dicitur. Verg. Scilicet is superis labor est, quasi dicat, non labor est.

**Basophylacium**] Nomen compositū est, ex Persica & Græca, *φυλάκω* enim græcis custodio est, & Gaza Persis diuitiæ, quasi locus ille dicatur, in quo opes reconduntur, alias Aerarium.

**Cresus**] Fuit vltimus Lydorum rex, primo quidē felicissimus ac ditissimus, sed postremo in infelicitatem tractus & à Cyro superatus, cum miserabiliter regnum perdidisset, ad miserabilem vitam adactus est.

Herodotus libro historiarum primo. Et similiter Iustinus lib. i. Vnde Ouidius lib. iiii. de Ponto. Diuitis audita est, cui non opulentia Cræsi? Nempe tñ vitam captus ab hoste tulit. Idem alibi: *Crus* & est subito qui modo Cræsus erat. *Iam: Qui mortis meminit fallacis gaudia mundi Perfacile temnit, cælica regna petens.*

Explicatio epistolæ Diui Hieronymi ad Paulinum,  
FINIT.

# EXPOSITIO

PRAEFATIONIS D. HIERONYMI

in Pentateuchum Mosi,  
ad Desyderium.

**Præfagium**] A præfagiendo, (hoc est, præsentio, & prædiuinatione) deducitur, à veteribus præfagatio vocabatur. Cicero. Inest igitur in animis præfagatio extrinsecus inuecta, atq; inclusa diuinitus. Dicitur & præfagatio. Is enim, qui ante sagit, id est, acute sentit, quā oblata res est, dicitur præfagire, id est, futura ante sentire. Propert. Venturam melius præfagit nauita noctem. Cicero lib. i. de diuin. Præfagibat animus frustra me ire, cum exibatam domo. Reperitur etiam Præfago, as, & præfagor eris, pro præfagio, seu prædiuino.

Nunc Præfagus præfaga, qui vel quæ præfagire nouit. Claud. Heu mens præfaga futuri.

**Sortior**] A sorte, verbum quod est sortes iacio, siue sortes recipio, seu per sortem aliquid decerno, vel eligo. Interdum significat dispono. Vergilius: Sic fata deum rex sortitur, voluitque vices, sic vertitur ordo.

**Sors**, fortuitus alicuius rei euentus est. Capitur tamen aliquando sors pro fatali necessitate. Vergilius: Hic exitus illum sorte tulit. Interim pro iudicio. Idem: Nec vero hæ sine sorte data, sine iudice sedes. Nunc sortilegi, qui per sortes futura pronunciant. Item qui aliquid eligunt per sortem, vnde & sortilegium dicitur. Et sortito aduerbiū, ex sorte.

**Obtrectatores**] Oblatratōres, & detractōres dicuntur deo odibiles, ad Rhomanos primo, atque maledici. Et obtrectatio maledicentia, oblocutio, ab obtrecto, quod est detraho, maledico, quasi aduersus aliquē tracto. Nosce delatores, vti Domitianus Imperator aiebat, qui non castigat, irrat. Poslydorus author.

**Batratus**] Factitio verbo baubatus dicitur, quemadmodum canes solent baubare, bau, bau, bau. Lucretius: Et cum deserti baubant in ædibus omnes. Moris est canum omnibus ignotis adlatrare, ita obtrectatorum clamoribus, & moribus impetere, lucernariorum canum more, vti Politianus inquit, hæccine est canina facundia?

**Suggillatio**] Modo percussione significat, modo derisionem. Nam suggillare interdū est deridere, detrahere, accusare, damnare.

B iij repre

reprehendere, &c.


**Cudo** ] Nic per translationem, p com ponere & ædere ponitur. Alias cudere pecu niam dicitur, qui imprimit figuram. Teren tius: Argentum cudo. quod tibi dem.

**Et ita ingenium quasi vinum proban tes** ] Adlusit ad id, qd Horatius taxat eos, qui libros annis æstimant, non suis meritis. Nam vina meliora reddunt ætate, libri nõ item. Ita & Iuuenal. Atq; vni cedit Homero, propter mille annos.

**Pro virili portione** ] Virili, non à vi ro dictũ videtur, sed à viribus, nisi reclama ret primæ syllabæ quantitas, qñquidem per inde sonat, quasi dicas, p modo virium. Di cimus & pro parte virili, nõnunquã pro vi rili, vt subaudias parte. Item p virili mea, & p viribus. Pro posse autem barbarum est.

**Origenes** ] Pen. cor. proprium nomẽ viri doctissimi, & Theologi & presbyteri, & interpretatur e môte genitus, ab ὄρε quod est mons, & γενω genero. Nam permultũ re fert, num latine, an græce proferas hoc no men. Nam latine recte dices, Origenes, pe. cor. Græce vero Origenes pe. acuta. Nõ em omnes longæ syllabæ acutæ sunt. Nec oēs acutæ, longæ. De hoc nonnihil dictum est in huius operis vestibulo, cum obiter de accen tibus tractarem.

**Asterico & obelo** ] Asterisco legendũ est. Est enim Græcis diminutivum, ab ἀστῆρ, quod est stella, quasi dicas stellula, sic \*

**Obelus** ] ὀβελός, gladij seu teli genus est, figura veru, sic  Est & genus nu mismatis. Nunc diminutivum obeliscus, id est, veruculum, lapidea columna ad similitu dinem veru, vñ nomen trahit.

**Aeditio** ] Hoc est, publicatio, ab ædo, cum primam syllabam producit, quod est emitto, quasi extra do, euulgo. Vnde ædere li bros dicimus. Aedere opus publicũ. Aliqñ tñ authores ædo vsurpant pro produco, & pario. Virg. Nec nostri generis puerum, nec sanguinis ædunt, hoc est, pariunt.

**Nec in cor hominis ascendit** ] Græcis est, ἀνέβη, id est, ascenderunt. Esaiæ. lxiiij. & i. Corinth. ij.

**Proprium syntagma** ] Id est, volumẽ à συντάξις, quod est compono, construo, cõ stituo, & Syntaxin nos constructionẽ dici mus & coordinatiõem. Alij Syntagma, tra ctatũ, ordinationẽ, rerũq; cõstitutionẽ & do cumentũ vocat, nõ recte videat oculatiores.

**Ptolemæus** ] Nic obiter dicendum est hunc Ptolemæum à græco nomen traxisse,

quippe græci πολεμῆμ ἢ πολεμῆμ pugnare dicunt. Sic igitur à πολεμῶ Ptolemæus di citur, sicut à τιμῶ, quod est honoro, Timæ us. Nic Ptolemæus Lagigregarij militis fi lius fuit, maxime apud Alexandrum Mace donẽ authoritatis & gratiæ. Post cuius mor tẽ Aegypto, & Africa & magna Arabiæ pte potitus, regnavit annis quadraginta, oēsq; deinceps Aegyptij reges Ptolemæi adpellati sunt. Nic filios duos reliquit, Ptolemæum Philadelphum, & Prolo. Ceraunum. Phila delphus illi in regno successit, vir doctissim. Stratõis discipulus, qui bibliothecam illam celeberrimam fecit, quæ vsq; ad primam Ale xandrinorum, & Rhomanorũ bellum, dura vit. Regnavit annis. xxxviii. Cui successit Ptolemæus, cognomine Evergetes, quod la tine dici bñficus põt. Hic sex & viginti an nis regno potitus, moritur. Cui successit Pro le. Philopater, decem & septẽ regnãs annis. Post eum Ptole. Epiphanes regnat. xxiiij. Tum Ptolemæus philomater cognomina tus, quinq; & triginta. Deinde Ptole. Ever getes viginti nouem. Postea Ptole. phiton, qui & soter. i. salutaris, vulgo heil, cognomi natus est, decẽ & septem. Postremo Ptole mæus Dionysius qui p scelus magno Poma peio caput, vt Cæsari victori mitteret, absci dit, q omniũ vltimus regnavit. Fuere & ali j hoc nomie, vt Pyrrhi regis filius, & Cyprio rum rex ille, qui suis diuitijs Rhomanum lo cupletavit erarium. Item celeberrimus ille astrologus, natione Aegyptius, quẽ Traia ni & Adriani temporibus floruisse constat. Quia in Platonis dogma cadere vide batur. Nam Plato in Timæo deos facit incor poreos, & immortales, & horũ filios dẽmo nes, immortales & ipsos, sed corporeos, quo rum opificio conditus sit hic mundus.

**Mendacio suo extruxerit** ] Augusti nus nonnihil tribuit huic historiæ, & item Hilarius, quod nihil addi vellent Septuagin ta interpretes.

**Nazareus** ] Sive Nazarenus, Hebræis sonat sanctum, vel cõsecratum, separatũ, coronatum vel sanctificatum, iuxta septua ginta. Alij floridum exponũt. Mezer enim Hebræis flos, vel germen, vt Septuaginta ver terunt, dicitur.

**Apocryphorum deliramenta** ] ἀπο κρυφῶ, id est, occulto. ἀπόκρυφον, id est, oc cultum, siue reconditum, quod ea non lege rentur publicitus, sed priuatim ac domi, pro sui cuiusq; animo. Malè igitur & perperam pro nothis capitur id vocabuli.

Hiberas

**Hiberas Menias** ] Id est, Hispanicas, Hieronymus subinde adpellat portentosas nugas, quod apud Hiberos magica miracula narrarentur, ut apud Thessalos, hinc proverbium: Thessalorum commentum, idem quod Thracium commentum. Et Thessala mulier, hoc est, venefica, malarumque perita artium. **Hiberæ ergo nenix, sunt gerræ gerræ, perficæ nugæ, Siculæq;**

**Authenticum** ] Id est, autoratū, ab ἀυθεντικόν, quem Græci authorem, dñm & doctorem dicunt, qui habeat potestatem & dominationem, sine c scribendum est, licet iam vsus obtinuerit, ut per c sine h scribat. Hinc ἀυθεντικόν, quod nonnulli græca voce authenticum vocant. Auctor vero per au diphthongum, & et exilibus, teste Valla, operis factor est, ut poetæ, cæteri que operum conditores dicuntur auctores. **Vide Nestorem Dionysium.**

**Aristeus** ] E. Cyrene filia Penei Arcadiae regis ab Apolline genitus est. **Nic** primus apii, ac mellis vsus, coagulatum lactis, & alia multa inuenit. **Vsum** quoque olei ad inuenisse retulit Iustinus libro. xiiij. sui epitomatis. **Nic** deinde in Arcadia regnavit. Porro Aristæas Proconnesius author Græcus fuit, ut Aulus Gellius refert libro nono, capite quarto.

**Eiusdem Stolomei hyperaspistes** ] Græce ὑπερασπιστής, id est, satelles & protector à clypeo, cuius obiectu satellites tegunt corpora principum.

**Basilica** ] Est locus amplus, in quo & consilia priuata, & iudicia arbitraria conficiuntur, in qua dominum expectant aliquando salutatores, & conuiuia maxima fiunt, & saltationes & ludi, dicta quasi regia. Nam græci βασιλικήν regiam vocant, & Basilea regem. **Nic** tamen pro dei templo accipitur.

**Vates** ] Id est, poeta. **Vates** antiqui vocabant, quos Græci dicunt prophetas, hoc est, antistites fatorum, & diuinorum oraculorum interpretes, vel quasi fates, id est prædictores, quod futura farentur, siue fata prædicerent, vel à versibus vincendis & coniectendis, solebant enim afflati diuino numine carminibus contextis futura prædicere. **Vates & poeta non fit, sed nascitur.** **Quid, sedibus æthereis spūs ille venit.** **Idem i. Cursu** ducum fuerant olim regumque poetæ. **Præmiaque** antiq magna tulere chori. **Sanctaque** maiestas & erat venerabile nomen. **Vatibus & largæ sæpe dabantur opes.** **Hinc** vaticinor prædico futura, & vaticinium notæ significationis.

nificationis.

**Interpres** ] Est qui in aliqua re agenda medius est, & velut conciliator, & author. **Ab** Asconio Pædiano dicitur is, per quem indicitur pactio. **Seruius** interpretem, vaticinatorem nominat, ego expositorem dixerim. **Hieronymus** eo loci differentiam dirimit.

**Oeconomium Xenophontis** ] Liber est de administranda re domestica pulcherrimus, qui non villæ gubernationem tm̄, sed & vniuersæ domus dispensationem, **M. Tullio** interprete, significat. **Nam** Oeconomus non tantum frugum, sed & omnium quæ dominus possidet gubernator, & dispensator est. **Liber** extat. **Tralatio** Tulliana perijt.

**Xenophon** ] Philosophus & dux insignis, Grylli filius, homo verecundus & speciosus, bñm moratus, discipulus Socratis, Platonis æmulus, secundum Aulum Gellium, libro xvij. Noctium Atticarum. **Fuerunt** hoc nomine septem, secundum Laertium Diogenem. **Aliquos** hic obiter exprimam. **Xenophon** philosophus Socraticus. **Hic** primus vitas philosophorum scripsit, cognominatusque est apud Atticam, ob mellifluam eloquentiam, scripsit plurimos libros. **Xenophon** alius Antiochus historicus. **Xenophon** Ephesus historicus, **Xenophon** Cyprius historicus, Græce sic ξενοφών.

**Platonis Protagoram** ] Sic legendum, nō Pythagoram, quod hoc titulo nullus sit liber Platonis. **Illo** scilicet Protagoræ extat elegantissimus dialogus aduersus sophistas, quanquam & hic à Cicerone versus intercidit.

**Antesiphon** ] Cum et exilibus, & vnico s. atq; latino scribitur, fuit Atheniensis, pro quo Demosthenes eloquentissimus philosophus, & orator scripsit orationem.

**Protagoras** ] Nomen philosophi, Meandri & Artemonis Abderites, de quo Aul. Gell. lib. Noctium Atticarum v. sic cap. x. dicit. **Protagoram** sophistarū acerrimum, vsus esse ἀντιστρέφοντα, id est, reciproca, aduersus Enthalum discipulum suum. **Item** vtriusque breuitatis gratia omitto, qui vobis legat Gellium.

**Charismata** ] i. Corinth. xij. sic legitur. **Charismata** meliora: ita vere vertendū, æmulamini potiora bona, id est, ad ea nitimini dona, spiritus, quæ sunt eximia: non dixit μείζονα, id est, maiora, sed κρείττονα, id est, potiora quæque magis conducunt ad publicam utilitatem.

Liuor

EXPOSITIO PRAEF. D. H. AD DESYD.

**Liuor**] Metaphorice, p odio, inuidia, & similitate ponitur. **Virgilius**: **Liuor** Tabificum malis venenum. **Alias** vibex est plaga. **Nunc** liuidus, liuidulus, & verba **Liueo**. **Liuesco**, notae significantiae sunt, vulgo **eyn blavve mal**, oder **braun srym**.

**Sicubi**] **Aduerbi**um est loci, hoc est, si alicubi, vel si in aliquo loco.

**Aliud est si contra**] **Hunc** locum insulsiissime citat **Gossematarius**, quisquis is fuerit, in **Decretis Pontificū**, distin. ix. cap. **Ut** veterum librorum (putans diuum **Hieronymum** vere sensisse) **Græcorum** exemplaria emendatiora esse quàm **Hebræa**: & **Latina** emendatiora, quàm **Græca**. **Et** hunc no-

dum multis modis dissoluit, dicens, vel dic vel dic, vel dic. **Nam** **Hieronymus** inducit hoc velut **ἀδύνατον**, id est, impotens, & impossibile, atque dictu absurdum, quo magis refellat, quod isti volebant. **Nunc** te **Lector** candidissime precor, vt qui tantum laborem in tui commodum libenter subiui, orationibus iuues, quo possim eodem spiritus feruore, quo cœpi, ad umbilicum vsque deducere, atque coronam imponere bonis auibus.

Praefationis Diui Hieronymi,  
ad Desyderium  
FINIS.

Ruin.  
Abadon  
Abemelch  
Abenago  
Abias, Ab  
Abico  
Abius  
Abdo  
Abduca  
Abduca  
Abduca  
Abel  
Abel magn  
pis magn  
Abeta  
Abro  
Abelalon  
Abia  
Abiathar  
Abiegus  
Abietarius  
Abigere  
Abitia  
Abitio  
Abilene  
Abimelech  
Abincunab  
ma in lot  
Ab infant  
Abiron  
Abia  
Abilag  
Abillus  
Abiactatus  
Abiactio  
Abiuro  
Abolitus  
Abominab  
Abominat  
Abominor  
Abortio  
Abortiuus  
Abra  
Abraham  
Abram  
Abicidri  
Abrugus  
Abs  
Absolon  
Abscondit  
Abit  
Absinthium  
Absoluo  
Absorbeo  
Absere  
Absurgo  
Abstractus  
Absurdus in  
Paul.